



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Exemplum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

tionis, ut dictum est, gl. in *extravag. vas electionis. de consi. in ver. prorogamus. Navar. c. 1. §. labores, num. 14. de pœn. dist. 7.* pro ista materia extensionis de casu ad casum, vide Anchar. in c. *constitutionem, in initio, de regular. lib. 6. Dyn. in c. in argumentum, & ibi addit. de reg. jur. l. 6.* Fallit decimò, in 21. casibus positus à Nav. in cap. *pœna, de pœn. dist. 1. à n. 5. inf.* Pro hac materia theoreticè, & practicè vide omnino Gemin. in c. *si postquam, §. si verò, vers. secundo an semper, de elect. l. 6.* Undecimò fallit, quando lex una est declarativa alterius juris pœnalis, Gem. in c. *si compromissum, ver. quod licet ius, eod. tit. §. lib. 6.*

EXEMPLUM.

EXempla Sanctorum possunt allegari, & secundùm ipsa iudicari potest, c. de quibusdam, 32. *distinct. Abb. in c. verum, n. 4. de convers. conjug.*

ECCLESIA.

PRimò, Ecclesia non potest fundari sine consensu Episcopi, vide per extensum (ultra jura vulgata) Sylvest. tract. de benef. 2. p. q. 6. per totum, Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de resor. regul. & an requiratur consensus Episcopi in reparatione monasterii? Negative respondetur ex Afflict. decis. 292. n. 14.

Secundò, potest unusquisque fabricare Ecclesiam sine auctoritate Episcopi: sed non potest dici Ecclesia, sed oratorium, cap. *unicuique, de consecrat. distinct. 1.* Selya *ibidem, numer. 12.* Missam ve-

riò celebrare ibi non potest facere, sine consensu Episcopi, cap. *nemo, ead. distinct. Conc. Trid. sess. 22. c. quanta cura, §. neminem, & illud oratorium subest visitationi ordinarii, Conc. loc. cit. & dicam in ver. visitatio.*

Tertiò, consensus iste sufficit quòd sit tacitus, etiam in ædificatione; non enim requiritur expressus, Selya *loc. cit.* vide etiam quæ dixi *suprà, in verb. beneficium, §. 1. in fine, ex Guid. Papa.*

Quartò, Ecclesia non potest fundari intra aliquam parochiam, si præjudicet juribus ipsius parochiæ, & Parochus potest se opponere fundatori, Guid. Pap. *quest. 360. Abb. in c. cum olim, il. 2. num. 9. de privil.*

Quintò, hoc intellige, nisi adsit causa necessaria, Addit. *ad dictam questionem, & vide in vers. Parochia.*

Sextò, eleemosynæ, & emolumenta, quæ fiunt in Ecclesiis, intra parochiam existentibus regulariter, sunt parochi, vide *in vers. parochia.*

Septimò, Ecclesia tenetur contribuere pro reparatione mœnium civitatis, & fortificationis, Guid. Pap. q. 78. & hoc intellige primò, si fiat propter imminentem necessitatem, ut fortè metu Turcarum, & aliorum hostium, Add. *ibi:* sed non possunt ad hoc compelli clerici per judicem sæcularem, sed per Episcopum, Add. *ibidem, Vinc. Franch. dec. 9. n. 4. & citat. Lucam de Penna, de pœna remissivè, & ad quæ onera teneatur. vide Abb. in cap. non minus, n. 12. de immun. Eccles. §. n. 16, 18.* vide Anchar. in cap. *quia nonnulli, num. 50. vers. sed ego ulterius, de immun. Eccles. lib. 6. ubi dicit,*

D d

quan-